



B. 378.

VIII.

DE BIBLIOTHECIS ET MVSEIS  
ERFORDIENSIBVS.

PRAECIPVE

DE REV. MINISTERII AVG. CONF.  
BIBLIOTHECA.

PARTICVL A V.

QVA

AD EXAMEN AVTVMNALE

D. IV. V. ET VI. OCT. CCCCCCI.

IN GYMNASIO EVANGELICO HABENDVM  
INVITAT

ET

SYMBOLAS IN BIBLIOTHECAM  
ET MVSEVM GYMNASII

PER SEMESTRE PRAETERITVM DVODECIMVM A BENE-  
VOLENTIBVS COLLATAS RECENSET

GYMNASII DIRECTOR

*M. IO. IOACH. BELLERMANN,*

THEOL. ET PHILOS. P. P. Q., ACAD. SCIENT. VTL. SOCIVS ET AB  
EPISTOLIS, SOCIETAT. LATINAIE IENENS., OECON. LIPSIENS., MINERAL.  
IENENS., PATRIOT. WESTPHAL. ET NAT. CYRIOSOR. BROCKHVS-  
WESTPHAL. SODALIS.



ERFORDIAE,

TYP. IOAN. CHRIST. GOERLING, ACAD. TYPogr.

11.38

**S**tadium mihi propositum quodvis diverticulum declinando ingrediar; priusquam autem ad reliquos codices manuscriptos me converto, probe monendum esse iudico, adfuisse in Bibliotheca ministeriali codicem Biblior. hebr. *quintum*, in dissertatione Michaelis-Kalliana supra allata \*) descriptum, cuius variantes lectiones in Bibliis Henr. Michaelis sub titulo *Cod. Erf. 5.* occurunt. Quem codicem olim Erfordiensem, non esse Kennicottianum 375, nunc Moguntinum, ut de Rossi in praefatione Voluminis II. coniecerat, idem de Rossi deinde Vol. IV. p. XXVIII. recte docuit. Ceterum neque Kennicottus, nec de Rossi sciunt, quorsum ille Codex Erf. 5. venerit, et ipsum *Fropipium*, antehac Professorem Erfordiensem, cuius testimonium de Rossi l. c. affert, vera et accurata rei ratio fugit. Quam ob rem pauca de hoc codice hic adiicere non alienum puto.

Sub initio seculi praeteriti *Comites a Schoenborn* bibliothecam suam in arce Gaybacensi (Gaybach, Gaubach, Geubach) in Franconia asservatam, libris omnis generis rarissimis ador�nare studebant. Electori Moguntino, *Lothario Francisco*, stirpem e familia comitum a Schoenborn trahenti, Senatus Erfordensis et Ministerium evangelicum hunc codicem in testimonium observantiae miserunt, animunque ad quaelibet officia paratum declarare studuerunt. Tradebatur Electori hic codex anno 1727 per Senatus et Ministerii evang. legatos, nimirum per Consulēm senatorium et Pastorem Ministerii Adsecessorem, Moguntiam profectos. Elector cum hoc studii exoptatissimi erga se signum benignissime accepisset, misit codicem Gaybacum, quo loco, ni omnia me fallunt, adhuc servatur.

#### *Codex V.*

Codex *Pentateuchi* rotulus s. convolutus, vulgo מגילת התורה, volumen legis synagogicum, LXXXVI membranis magnis invicem una serie consutis, quarum singulæ tres columnas, et singulæ columnæ XXXXVIII lineas continent. Textus est scriptus literis quadratis magnis, sine vocalibus accentibusque. Plurimum literarum, praincipue שׁ עַתְנָגָן apices sinistri binis seu

\*) Vid. De rev. Minist. Bibliotheca, Partic. II. p. 6.

seu ternis lineis perpendicularibus, i. e. Masorethicis ornamenti, תְּבִין dictis, sunt instructi. Litera ב saepe maiorem formam superne rotundam induit. In hoc codice splendido, integro, nitidis literis exarato, bene conservato, fere nullae rasurae inveniuntur, tanta diligentia et acrimonia est elaboratus. — De aetate nil certi coniicere possum, cum Palaeographia critico-diplomatica hebraicae linguae adhuc aegre desideretur; annum 1549, quo in potestatem Christianorum venit, certe superat.

### Codex VI.

Codex Pentateuchi rotulus, integer, L membranis, CL columnis, qualibet columna LX lineis, charactere minus elegante. Ex membranarum ratione, characterum forma, atramenti colore partim nigro partim flavescente et literarum ductibus patet, hunc codicem non ab una eademque manu esse exaratum. Membranae 19<sup>na</sup>, 20<sup>ma</sup> et 26<sup>ta</sup> absque dubio ab alio sunt auctore, et membranae 52<sup>da</sup>—55<sup>ta</sup> itidem ab alio descriptae, ut characterum forma luculenter probat. Cum legis scriptoribus libri thalmudici insserint, ut ultimis Pentateuchi verbis adimpleant columnam, ultimorum foliorum huius codicis scriba non tantum literas dilatabiles ordinarias mirum in modum prolongavit, sed et literas ו, י, נ simili modo dilatavit; e. g. נ est

ל. Litera ו in voce יַרְשָׁאֵל saepius novem ornamentis

(וְיַרְשָׁאֵל) sic  est oneratus. Inveniuntur hic non tantum variae rasurae correctionesque, sed et plures membranarum particulae quadratae excisae sunt, in quibus scriba sphalmata commiserat, ita ut huic codici eadem ακρύβεια et auctoritas quam praecedenti, adiudicari nequeat.

### Codex VII.

Codex Pentateuchi rotulus, in medio mutilus, XXXXIX membranis, quarum tres sunt mancae. Piores Pentateuchi XXXIV membranas una serie consutas, satis bene conservatas, excipiunt tres valde laesae, quibus denique XII integrae sequuntur. Genesis, Exodus et Leviticus integri prostant, in libro \* 2 autem

autem Numerorum sunt lacunae, a capite 28, 19 ad finem; pauca tantum ab illis, quae desiderantur, capitibus Numerorum, in illis tribus membranis laesia supersunt. Lacunas codex non iniuria temporis sed incendii, ut ignis vestigia indicant sibi contraxit. Fortassis haec sunt rudera illius epochae tristissimae 1349, qua cives Erfordienses christiani, spoliatis Synagogis, domos Iudeorum adolebant et quemcunque circumcisum trucidabant \*).

### Codex VIII.

Codex Pentateuchi rotulus, membranaceus, mutilus, XXXX foliis, qualibet columna XXXXVIII seu XXXIX lineis. Initium deest, incipit verbis אַנְגָּנָה שְׁסָעִים i. e. Levit. II, 26. Omnia reliqua Levitici, Numerorum et Deuteronomii illaesae, nitide et accurate scripta reperiuntur. Rasurarum paucitas ornamentorumque masorethicorum parcitas hunc codicem hebraicum ab aliis bene distinguunt. Litera ה saepe reliquis maior et convoluta est \*\*), Nun vero finale in ultimis praecipue Numerorum versibus singulari modo exaratum adparet; pedo epis copali ♀ haud dissimile.

Quatuor horum codicum rotulorum membranae fidibus ex intestinis, seu animalium (purorum) nervis ita consutae sunt, ut in Thalmude librorum synagogicorum confectoribus praescriptum est. Fines voluminum extremi duobus cylindris ligatis, utrinque orbibus consitis, fidibus eiusdem generis alligati sunt, ita ut, primigenium statum suum se non mutasse, luculentiter prae se ferant. Ceterum quatuor hi codices convoluti, quamquam praestantes et antiqui, qui anno 1349, ut verosimile est, una cum reliquo Synagogarum adparatu Iudeis eripiebantur, neque a Kennicotto, nec a de Rossio, nec ab ullo alio auctore nominati aut consignati sunt.

Fragm.

\* ) Vid. libri chronicī Erford. Falkensteinii et Gudeni.

\*\*) O. G. Tychsenii tentamen de variis codd. hebr. generibus. Rostochii 1772. p. 139. in nota.

Fragm. mspt. IX.

Psalmorum fragmentum unius folii codex adpellari nequit, licet descriptione haud indignum. Membranaceum folium trium columnarum, et XXXVII linearum in qualibet columna, contineat Psalmos 9, 5. — 18, 6. ad verbum שָׁאֵל. Literarum character quadratus, elegans, perspicuus; sine punctis et Masora. I. C. W. Diederichs cum codicim I—IV variantes lectiones hic colligeret fragmentum hoc primus detexit; illo enim folio ad tegumentum libri precum iudaicarum bibliopegus erat usus. Permissu defuncti Senioris Besleri Diederichs illud folium quernea tabula conglutinatum caute solvit, ita ut nunc utroque latere legi possit. Diederichs ipse fragmentum cum textu comparavit, et lectionis varietatem in Bibliotheca orientali Michaelis \*) publici juris fecit. In opere de Rossiano \*\*) nostrum fragmentum est 95<sup>um</sup> Manuscriptorum codicum exterorum. Quanquam de Rossi l. c. affirmat, se lectiones variantes excerptas attulisse, attamen hoc, ut collatio a me instituta me docuit \*\*\*) tantum ad duas est restringendum, omnes enim reliquias frustra quaesivi. In bibliotheca etiam orientali I. D. Michaelis l. c. non omnes lectiones variantes reperiuntur, ita ut illas supplere possim. Fragmentum dictum

Ps. 9, 16. בְּרַשְׁתָּה transponit, item Ps. 10, 19.

Ps. 15, 4. עַיִן omittit.

Ps. 15, 5. וְלֹא נָתַן cum Praefixo Vau.

Ps. 18, 1. loco השִׁיר legit אֲשֶׁר.

Ps. 18, 4. מְחוּלָל plene.

Cum prima, secunda et quarta lectionis varietas negliguntiam scribæ luculenter probent, huic fragmento pretium criticum, quod a Diderico, et inde a Michaeli et de Rossio, illi statutum est, denegandum puto. Diederichs etiam in eo erravit, affirmans, se hoc fragmentum a codice Raschiano seiunxisse \*\*\*\*), cum ex alio magno codice, nimurum e libro Iudeorum

\*) Michaelis bibl. orient. T. VI. p. 238 — 244. \*\*) De Rossi. Vol. I. p. CXXXIV. \*\*\*) De Rossi. Vol. IV. p. 4 — 10. \*\*\*\*) Michaelis bibl. orient. T. VI. p. 239 et 240.

רְחוֹתָה וְגַדֵּלָה כּוֹלִיכּוֹ seu גַּדְלָה dioto, a me proxima occasione describendo, desumserit. Sed haec hactenus. —

Non defuerunt Gymnasio *Fautores benefci* per praeterlapsum semestre, qui de necessitate et eximio usu Bibliothecae et Musei persuasi, varia liberaliter obtulerunt, suorumque nominum memoriam aequalibus posterisque ita iucundam atque insignem celebraverunt, ut, quamvis viventium oculis morte subtracti fuerint, oblivioni tamen non subtrahantur, sed in cordibus gratorum Erfordiensium in immortalem memoriam vivant atque colantur. Quodsi studii patrii promotores generosi atque Evergetae per aliquod tempus suo favore benevolo gaudia Camoenarum continuaverint, et ii, penes quos vis et auctoritas est, locum aptum ad thesauro bene servandum commodeque illo utendum procuraverint, Gymnasium Erfordiense adminiculo docendi discendique utilissimo, (diu, heu! vehementerque desiderato) exornabitur. Omnibus his benevolentibus, quorum nomina et dona more consueto brevibus afferam, grates persolvō maximas.

Herr Baron Fr. v. Dalberg: (Dritt. Beytr.) zwey selteue kostbare Werke: 1) *Systema Brahmanicum, Iiturg. mythologicum*, ex monumentis indicis Musei Borgiani Velitis, diss. illustr. Fr. Paulinus a S. Bartholomaeo, Romae 1791. 4 c. f. 2) *Grammatica Sanscritamica*, auct. Fr. Paulino a S. Bartholomaeo, Romae 1790. 4. — Herr Studios. Gebhardt: der allg. weltl. u. gel. Historie anderer Haupttheil. fol. — Herr Chirurg. Veit, jun.: 4 Stück klare Tondorf. Kiesel. — Herr Apoth. Bucholz: (vierr. Beytr.) ein Gewebe vom Elefanten und einen Wallfisch-Ziener. — Hr. Abbé Schweizer: (dritt. Beytr.) das Evangel. Marc in judeo-deutscher Spr.; La luce circa la Sera, per illuminare occhi d'Israele. 1745. 12; ein durchschnittenes Stückchen von einem Wallfisch-Ziener; ein Stückchen vom Zahn eines Einhornfisches, Narwals; eine Stachel vom Stachelschwein. — Hr. Dr. I. L. K. Arnold: (dritt. Beytr.) zwey Bände Landcharthen und ein von Mineralien zusammengesetztes kleines Bergwerk. Der eine Band enthal̄ 30 Stück Prospective, Grundrisse, naturhistorische und technologische Abbildungen, der zweyte Band ist der Doppelmeyersche Atlas coelestis, 30 Charten, Nürnberg, 1742, in Royalfolio. — Hr. Prof. Ritschl jun: eine römische Kupfermünze vom Gratianus. — Hr. C. G. Haberle: 61 Stück zum Theil sehr seltene Mineralien, und Pindari carmina graece et lat. c. scholii gr. ed. P. Stephani, gr. 4. Von den Mineralien bemerke ich hier nur den dunkelrothen Zinnober von Almanden aus der Sierra Morena in Spanien; braunen Eisenstein mit braunen Glaskopf, aus Estremadura in Spanien; schörkärtigen Beryll von Altenberg im Erzgebirge; verschiedene Arten von Porcellan - Jaspis; Kalkspath - Stallaktiten; Basalt mit Augit; Porphyrratiger Granit, vom Schneekopf in Schlesien, u. s. w. welches, wie die Landcharthen und alles übrige in dem Buc̄e: „Dem Andenken der Beförderer des Guten an dem Erfurt, Evang. Gymnas.“ genau specificirt zu finden ist. — Hr. Dr. W. T. Tilesius, in Leipzig: 1) *Vesica atramentaria sepiæ officinali*. Linn. præparata; 2) *Atramentum sepiæ officinali*, alcalicauſtici op̄e deperatum et inspissatum, in usum pictorum succo arabico gummoso mixtum et præparatum.

Lectio.

Lectionum exacti semestris spatii rationem tabula sequens exhibet.

I. *Lectiones Directoris Gymnasii*, in classe I. 1) hebraicae: 1 Reg. c. 9 — 20, adiecta phrasium analysi; 2) encyclopaedicae: Theologia, duce Krug; 3) latinae: Ciceronis oratio pro lege Manilia, et extemporalia. In cl. II. 1) hebraicae: e chrestom. Gedikiana hebr. a pag. 75 — 116, i. e. excerpta e LL. Sam. Reg. Prov. et Gen. 2) lat.: Cicer. epist. ad fam. L. I. 1. ad II. 14, et imitat. extemp. In cl. III. 1) hebraicae linguae elementa, duce Biedermann et Gedikii chrestomi. hebr. p. 13 — 19. i. e. Gen. c. 28, 33 et 37. 2) Phaedri fabul. L. I. 1 — 28. In Seminario: historia biblica et praesertim Christi aequalium.

II. *Lectiones Prof. Ritschlii*, in cl. I et II. ephemerides politicae; in cl. III. exercitia latina. In Seminario: computatiorum ecclesiasticarum rite instituendarum praecepta practica, et Oeconomia, duce Weissenbruchio.

III. *Lectiones Prof. Sinnboldi*, in cl. I. 1) graecae: a) Anacreontis carmina I ad XIX. b) Homeri Iliad. Rhaps. I. ad 121. c) Ev. Matth. c. 10 — 17. 2) gallicae: l'avare de Moliere, act. 2. In cl. II. 1) graecae; Xenophonis Cyropaedia. L. VI et VII. 2) gallicae: les fourberies de Scapin de Moliere, Act. I — III. In cl. III. 1) graecae: a) Grammat. graeca. b) e Pa laephato c. 1 — 6. c) Ev. Marci c. 1. In Seminario: Styli epistolaris exercitia.

IV. *Lect. Prof. Herrmanni*, in cl. I. 1) lat.: a) Livii hist. rom. L. III. c. 1 — 23. b) Extemporalia lat. 2) theol.: doctrina religionis et morum, duce sui ipsius compendio. p. 1 — 70. In cl. II. 1) lat.: a) Terentii Heautont. Act. IV. Sc. 2 — Adelph. Act. II. Sc. 2. b) Extemporalia lat. 2) theol.: doctr. rel. et mor. p. 1 — 70. In cl. III. 1) lat.: a) Cornel. Nep. imperatores XIX — XXIII. b) Exercit. lat. c) Cicer. ep. sel. L. I. ep. 1 — 18. d) theol.: doctr. rel. et mor. p. 1 — 70. In Seminario: Doctr. mor. et rel. p. 1 — 70.

V. *Lect. Prof. Moelleri*. In cl. I. 1) Horatii carm. L. I. Od. 1 — 20; 2) praecepta artis poeticae potiora, nec non historia poetar. eorumque operum celeberrimor., qui apud Graecos, Roman., Ital., Franco-Gall.; Angl., German. etc. floruerunt; 3) Trigonometriae planae elementa, secundum comp. Krebsio-Langsdorffianum. In cl. II. 1) Virgilii Aeneid, X, 276—XI, 100; 2) elaborat. lat. poet. in metro heroico et elegiaco; 3) calculi universalis et analyseos mathem. elementa. In cl. III. 1) Ovidii trist. V. eleg. 3 et 4. 2) Prosod. lat. P. I. 3) Arithmetices civilis. P. I. In Seminario: Agrimensoriae, P. I.

VI. *Lect. Prof. Petri*, in cl. I. 1) lat.: a) Cicer. de officiis, L. I. c. 10 — 20; b) elaborationes lat. pros. 2) german.: Snell de stylo german. p. 159

— 238; 3) physic.: hist. nat. duce Nicolai compendia, p. 149 — 242. In cl. II. 1) lat.: a) Selectar. hist. Fischeri, L. V. 44 ad fin. et L. I, c. 1 — 5; b) elab. lat. pros. 2) Snell de stylo germ. p. I — 131. 3) Nitsch antiqu. roman. p. I — 90. In cl. III. 1) Grammat. lat. Broederi, p. I — 72. 2) Adelungii gram. germ. p. I — 82. 3) Mythol. sec. Dantn. p. I — 96. In Semin. Phys. seq. comp. Nicol.

VII. Lect. Prof. Hogelii, in cl. I. 1) logicae sec. Villaume, c. I — 11; 2) histor. univers. Period. VII. ab expeditionib. sacr. ad reform. Lutheri; 3) geograph.: sec. Pfennig. Europa meridionalis. In cl. II. 1) histor.: Teuton. sec. Galetti, a Max. I. ad pac. Westph. 2) geogr. sec. Pfennig. pars mathemat., phys., politic. et tum conspect. totius orbis terrar. 3) Ovid. Metamorph. L. IV, 165 ad fin. In cl. III. 1) hist. univ. sec. Niemeyeri tabb.; 2) geogr. elementa sec. Fabri comp. 3) lat. Gedike memorab. hist. nat. I — 6. In Seminar. hist. Teuton. ad Lutherum.

VIII. Lect. Prof. Ritschlii, fil. in Seminario. 1) lat.: Gedike lib. lat. fab. I — 27. 2) Exercitia catechetica in Herderiani catechismi cap. I.

IX. Lect. Stoltzii, Magistri scribendi numerosque tractandi, nec non Directoris Musices in Seminario 1) Orthogr., Calligr. et Arithmetices P. I et II, 2) ars cantandi et exercitia musica maiora, tam vocalia quam instrumentalia.

Restat adhuc, ut alumnos publice declamatueros nominem; invenes enim quatuor optimae spei atque indolis in eo sunt, ut orationibus a se compositis, specimina diligentiae edant, et animum gratum Inspectoribus, viris gravissimis, testentur.

1) IO. GODOFR. STEGMANN, Vipaco Edelhusanus, sub examinis initium „causas, cur tantus apud Graecos et Romanos deorum numerus inveniatur,” indagabit, latine.

2) GVIL. IEREM. IOACH. VOIGT, Erfordiensis, „Veterum populorum ritum elevandi principes inauguando longe diversum a sacramento, regi Borussorum mox dicendo“ in oratione latina recitatib.

3) CAROL. GVIL. HAESSLER, Erfordiensis, „De Borussorum regis Friderici Magni rebus bello septennali gestis,” latine verba faciet.

4) IO. CHRISTIAN. BECK, Erfordiensis, Seminarii alumnus, quaestionem: „Quaenam sunt tristissima belli mala, et laetissima pacis commoda?“ in oratione germanica solvet.

Hos igitur adolescentes ut studiorum Proceres generosissimi, Ephori venerandi, et omnes, quibus literae curae cordique sunt, indulgenter audiunt. observantissime rogo. Dab. Calend. Octobr. MDCCLXXII.

Aa 555

40



VD18

ULB Halle

005 126 69X


3



M. C.







## Farbkarke #13

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	B.I.G.	Black

V  
DE BIBLIOTHE  
ERFORD  
PRAE  
DE REV. MINIST  
BIBLIO  
PARTI  
AD EXAMEN  
D. IV. V. ET VI  
IN GYMNASIO EVA  
IN  
SYMBOLAS IN  
ET MVSEV  
PER SEMESTRE PRAETER  
VOLENTIBVS CO  
GYMNAS  
M. IO. IOACH  
THEOL. ET PHILOS. P. P. O.,  
EPISTOLIS, SOCIETAT. LATINA  
IENENS., PATRIOT. WESTPH  
WESTPH  
ERF  
Typ. IOAN. CHRIST.